



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XIX. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

B. Juliana Falconeria Virgo, Mariæ à cunis devotissima, quot hebdomadis feriâ IV. & VI. nihil, sabbatho panem tantum & aquam in cibum admittebat; cum ad Mariam oraret, pleni ei semper terrimarum lachrymarum oculi, plenum ignis sancti cor; cum ob languorem corporis Sanctissimo Viatico refici non posset, per miraculum refecta est. *Nad.* Ubi terrena fastidimus, incipiunt placere cœlestia.

B. Juliana devota Virginis ancilla, repetes tuos ad Mariam affectus; vel tenues mihi ex ardenti illa cordis tui vulcania scintillas communica, ac pro me intercede, ne mihi ulla terrena solatia impediant illud, quod nunc ab illa humiliter supplico, Beatæ mortis solatium. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, inò infinites te saluto: te omni possibili omnium &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum gulam hodie in aliquo fraudabo, ut eam Mariæ servire cogam.

B. Virgo largissima fuit, quia dedit mundum, id est humilitatem, quæ est instar mundi, & homini in mundo dedit regnum cœlorum, & ipsum Deum B. *Alb. M.*

Quæstio: An per communionem reddamur consanguinei Mariæ?